

Aufzeichnungen 275f.; Bruck, Melker Reform 221; Meuthen, Zwei neue Handschriften 144; Maier, Kastler Reformbewegung 167f.; Niederkorn-Bruck, Melker Reform 203.

Formular: Redemptor humani generis. Wie Nr. 1545 in der Fassung I b.

1452 März 6, <Nürnberg>.

Nr. 2335

<Bürgermeister und Rat von Nürnberg> an B. Antonius von Bamberg. Sie übersenden ihm den auf Ersuchen des Königs von NvK bis Johann Baptist gewährten Aufschub in der Judensache.¹⁾

Reinentwurf: NÜRNBERG, StA, Reichsstadt Nürnberg, Briefbücher 22 f. 152^r.

Erw.: Kraus, Stadt Nürnberg 111.

Der König habe NvK umb einen lengern aufslag der iudischeit halben bey uns wonhafftig ersucht, der dann sein kunglichen gnaden zu gevallen des ein ufslage getan hat untz uf Iohannis Babtiste schierst²⁾, alls sein veterlicheit ewern gnaden itzunt darumb auch schreibet. Dieses Schreiben schicken sie dem Bischof hiermit zu. Empfehlung und Datum.

¹⁾ S. o. Nr. 2282.

²⁾ 24. Juni 1452.

1452 März 7, Köln.

Nr. 2336

NvK erneuert den seinerzeit für die Provinz Mainz und andere Provinzen und Diözesen gewährten Jubiläumsablaß, dessen Geltungszeit abgelaufen sei¹⁾, für die dort wohnenden Untertanen des Landgrafen Ludwig von Hessen in der Zeit vom 24. April bis zum 8. Juni 1452 und erteilt dem Prior der Kartause Eppenberg sowie den von diesem eingesetzten übrigen Beichtvätern die im einzelnen aufgeführten Vollmachten für die als Voraussetzung zur Ablassgewinnung notwendige Absolution.

Kop. (etwa gleichzeitig, von der Hand des Böddekener Augustiner-Chorberrn Johannes Valbert, auf einem eingebesteten Einzelblatt): PADERBORN, Archiv des Erzbistums, Hs. 44 (Böddekener Kopiar) f. 401^r Nr. 793. Zur Hs. s. o. Nr. 1327.²⁾

Pridem ex concessione speciali sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai divina providencia pape quinti, desiderantes in declivio huius mundi statu largioris munificencia gratie et lapsos ad penitenciam provocare et christifidelium animarum consulere salutem, auctoritate dei omnipotentis ac eiusdem domini nostri pape eius vicarii in terris per Maguntinensem et nonnullas alias 5 provincias et dioceses, sub quibus illustris princeps Ludouicus lantgravius Hassie castra, opida, villas et loca tenet suo dominio subiecta, plenarie remissionis indulgencias concessimus <et> publicari fecimus locis pro huiusmodi promerenda indulgencia ac confessoribus aliisque in hiis necessariis deputatis.³⁾

Nos igitur cupientes universos, quibus huiusmodi facta est indulgencia, ad faciendum se eiusdem 10 participes reddere prompiciores, cum itaque aliqui ex subditis dicti domini lantgravii infra tempus, quo huiusmodi promereri potuissent indulgencias, quod nunc dinoscitur exspirasse, loca ipsa ex certis eos moventibus et urgentibus causis referantur minime visitasse, ideoque omnibus et singulis ipsius domini lantgravii dominio subiectis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel condicionis existant, ut in Marpurg et in Cassel dicti domini opidis per venerabilem ac religiosum in Christo 15 patrem priorem domus ordinis Carthusiensis in Appenberg dicte Maguntinensis diocesis deputandas ecclesias et capellas visitando aliaque in cedula quadam per nos ei missa⁴⁾ seu etiam per confessores eis iniungenda effectualiter adimplendo valeant promereri, presentibus indulgemus.

Preterea harum serie priori prefato dicta auctoritate committimus plenariam ei tribuendo potestatem, ut ipse de confessoribus huiusmodi, tot quot fuerint necessarii, etiam religiosi, dummodo de 20 observancia fuerint, provideat, quorum aliqui 'in'⁵⁾ casibus 'sedi apostolice', alii vero 'in' casibus 'episcopis reservatis' secundum dicti prioris ordinationem 'absolvendi' habeant facultatem, 'pro publicis' nichilominus 'peccatis publicam iniungendo penitenciam. Mutilatores occisoresque sacerdo-

tum seu in sacris consistencium absolvere' non habeant, sed eosdem 'ad' sedem apostolicam 'vel nos remittere' teneantur. 'Similiter' absolvere 'non' debent 'incendarios ecclesiarum, nisi dampno resarcito. Symoniacos' autem 'in beneficio' ex 'pacto vel contractu' ad 'dictum priorem' remittant. 'In synonia' vero 'in ordine' vel ex 'consuetudine commissa quilibet' huiusmodi confessorum 'absolvere poterit. In absolucione eciam inpendenda' provideant 'confessores, quod non dispensent. Habeant eciam' huiusmodi confessores potestatem 'dispensandi super irregularitate generaliter contracta absque declaracione speciali et cum illis, qui se non in contemptum clavium' excommunicacionis, suspensionis vel interdicti sentenciis ligati ignoranter 'divinis inmiscuerunt. Illos' vero, 'qui excommunicacionis sentenciis, quam incidisse declarati fuerunt', ligati 'divinis se' ingesserunt, pro 'dispensacione ad' dictum priorem 'remittant'. Eidem eciam priori cistas, in quibus contribuciones, quas christifideles ad huiusmodi indulgencias promerendas dare voluerint, ponendi presentibus concedimus plenam potestatem, ad quas dictus prior unam dilectusque nobis in Christo Sifridus Schrunteri dicti domini lantgravii secretarius⁶⁾ aliam reliquamque proconsules pro tempore dictorum opidorum <clavem> habeant. 35

Volumus autem, quod huiusmodi indulgenciarum concessio feria secunda post dominicam Misericordia Domini proxime futuram incipiat⁷⁾ post festum Corporis Christi proxime futurum⁸⁾ minime duratura.

10 prompcores: prumpcores 19 ut: et 31 sentenciis: sentencias 34 quas: quam.

¹⁾ So laut Z. 11. Dem widerspricht hingegen, jedenfalls für die Diözese Mainz, die Terminierung in Nr. 2108 Z. 20f. und in Nr. 2109 Z. 4f., nämlich vom 2. Februar bis zum 16. April 1452. Nr. 2108 und 2109 hatten mit Aschaffenburg und Fritzlar (s. dort Z. 21f. bzw. 4f.) freilich zwei Städte des erzbischoflichen Territoriums als Besuchsorte für die Ablassgewinnung bestimmt, während dem Landgrafen von Hessen mit Marburg und Kassel nunmehr zwei Städte seines eigenen Territoriums gewährt wurden. Möglicherweise steht sein entsprechender Wunsch hinter der Ablasserneuerung Nr. 2336 von 1452 III 7.

²⁾ Warum Nr. 2336 gerade in Böödeken kopiert wurde, ergibt sich aus einem hinter f. 400 eingebesteten Zettel mit der Notiz: Ego frater Iohannes prior Carthusie in Hassia commissarius deputatus etc. pro deputandis confessoribus pro consequenda indulgencia plenarie remissionis etc. in Cassel et Marburg absens tanquam presens presenti scripto deputo confessores sacerdotes, quos miserint religiosi patres in Böödiken pro huiusmodi negocio, et committo ac tribuo eis auctoritatem absolvendi preterquam in casibus reservatis per me in scriptis relictis confessoribus, quibus per omnia possunt se conformare usque ad reditum meum. Cum quibus tunc disponere intendo, prout spiritus divinus suggererit. In cuius signum presentem cartulam manu propria conscriptam in Cassel reliqui. Rückseitig von der Hand Valberts: Fratres missi ad confessiones in Kassele ex Bodeken fuerunt fr. Iohannes Lemego, fr. Iohannes Valbert. Johannes Lemego war bekannt mit dem Leibarzt des Erzbischofs von Magdeburg, Thomas Hirschhorn, dem NvK De sapientia zur Kopierung gegeben hatte; s.o. Nr. 1377. Vgl. hierzu Senger, Thomas Hirschhorn 227, sowie h²V p. XXII, mit dem Hinweis, daß Lemego 1462 eine Handschrift von De sapientia zur Basler Kartause gebracht haben könnte; ferner: Segin, Böödeker Chorherrn 241.

³⁾ Soweit dies Mainz anlangt, s.o. Nr. 2108 und 2109.

⁴⁾ Nr. 2337.

⁵⁾ Z. 20–32 weitgehend wie Nr. 1549 Z. 36–50 und Nr. 1600 Z. 2–15.

⁶⁾ Demandt, Personenstaat 786f. Nr. 2756 und 1246 s.v. 'Schrunter, Siegfried'. Er stammte wie der Sekretär des NvK Wigand Mengler aus Homberg an der Efze, so daß enge Bekanntschaft vorauszusetzen ist.

⁷⁾ 1452 IV 24.

⁸⁾ 1452 VI 8.

<1452 März 7, Köln.>¹⁾

Nr. 2337

Aufzeichnung der von NvK für das Territorium Hessen²⁾ erlassenen Bestimmungen zur Gewinnung des Jubiläumsablasses.

Or. oder Kop. (Papierblatt): MARBURG, StA, Karth. Eppenberg, s. d. ca. 1454.

Tempus huiusmodi indulgenciarum incipit feria secunda post dominicam Misericordia domini durans usque ad festum Corporis Christi inclusive.